

ANNALIVM LIB. I.

41

prospectum urbanæ seruituti: militaribus animis adhibenda fomenta, ut ferre pacem velint. Immotum aduersus eos sermones, fixumque Tyberio fuit nō omittere caput retum, neque se remque publicam in casum dare. Multa quippe & diuersa angebant: validior per Germaniam exercitus, propior apud Pannoniam: ille Galliarum opibus subnixus, hic Italia imminens. Quos igitur anteferret? ac ne postpositi cōtumelia incenderentur. At per filios pariter adiri, maiestate salua, cui maior est longinquο reuerentia: simul adolescentibus excusatū, quædam ad patrem reiçere, resistentisque Germanico, aut Druſo, posse a se mitigari uel infringi. quod aliud subsidium, si imperatorem spreuiſſent? Ceterū ut iam iamque iturus legit comites, conquiſuit impedimenta,

O B S E R V A T I O N E S.

^{1. Sic lib. 4. hift. Arcbanus al- peclu, quod ves- nerationis plus ineficit.}

a Perraro accidit, ut militares animi pacem ferre posint.

b Nouis princeps ne latum quidem vnguem, si fieri potest, debet discedere ab ea Urbe, ubi est caput verum, quicquid timiant alij, & dissideant exercitus in prouincia, id quod verum est, nondum corroborato principatu, nam si non adiit hæc causa, ire ipse, & opponere maiestatem imperatoriā, ut supra dictum est, furentibus debet.

c Princeps & reſp. eo vinculo sunt adstricti, ut nihil alteri separativim accidere posset, quod idem ad alterum non pertineat, hinc fit, ut, nihil sibi princeps utile esse putet, quod idem Reip. non expedit: & contra, si quid in huīis pernicie redudat, id quoque sibi princeps existiſsum fore existimet. certe errat quisquis bonum principis à bono publico distinguo putat.

d Nunquam non princeps hoc sibi ante oculos ponat, ut nihil plane agat in iis, quæ ad rem pertinent, niſi certa cum ipse, cauteat diligenter, ne se unquam in casum derit, fortunæ ſe, reſque ſuas permittat, & ut Scinca loquitur de benef. lib. 7. cap. 2. mittat ſe in dubium.

e Merito poſtpositi cōtumelia incendi videtur, at poſtponitur is, qui posterius adiit, itaque principi etiā atque etiam canto opus eſt, ne quid in his peccet, apud eos, quorum ex animis hoc cōtumelie genus vix unquā deletur, hoc, hodierno die, diligenter obſeruādum eſt, quippe videmus inter plerosque principes maximas pro hac honoris emulatione cōtentiones oriri, quæ quideſi non aliò ſpectant, quam ad lacerandam rem, christianam.

f Cum periculum eſt, ne princeps ſua preſentia alios anteferat, alios poſtponat, ac poſtpositi cōtumelia incendantur, ipſe congreſſu plane ablineat, idque muneris mandet per ſoni pari neceſſitudinis, atque affinitatis vinculo ſecum coniunctis, per quas pariter adiri iſt, quiſbuscum ipſi res eſt, poſſunt, hac ratione maiſtas remanet ſalua, & periculum diſcordiarum vitatur.

g Maiſtati principis maior ē longinquο eſt reuerentia.

h Quæ per interpolitas perſonas à principe geruntur multo tutiori ratione fiunt, quam ſi ab ipſo principe adminiſtrentur. Nam ſi quid forte per huīis modi interpolitas perſonas haud ſarī ſc̄iliciter adminiſtratum eſt, nihil tamen periculi adiit, cum etiam remaneat ſubſidium apud ipsum principem; ad quem ſiquid eorum, quæ ab interpolatis per ſoni aguntur, forte reiectum eſt, excuſari id, quicquid eſt, potest.

i Que princeps apud ſe ſtatuit contra opinionem omnium, ea continuo vulgi minimè debent, quin potius ſouenda eſt opinio vulgi; ſuntque homines ſpeciosa aliquia arte ludificandi, donec paulatim progreſſu temporis, ipſe veriſimilia impediunt (alia tamen, quam que vera ſunt) afferre poſſit. Quia ludificatione princeps non modo vulgi animos ab ſe non alienabit, ſed ſibi potius conciliabit, dum velle ſe, que multitudini probant, ſimulabit: neque tamen quicquam agit, quam ratiū, fixumque apud animum ſuum eſt. Quod ſi ſtatim ſuim conſilium ab aliorum intentia diſcrepans palam facit, vix quiſquam eſt, qui non ea re offendatur; ac proinde ipſe in prudentum, mox in vulgi sermones, & voculas incurrit; poſtremo haud ſarī parui ſe implicat diſcultatibus, qui- bus ſe hac cunctatione, & ludificatione aſtutè, ac lepidè exſoluit.

F